Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



A a

tui uenerint. Iussitq; in pretorio
herodis custodiri eum.

Post quinq; XXIIII
aut dies descendit princeps
sacerdotum annas cu sei
oribus quibusdam et tertullo quodam
oratore qui adierunt presidem ad
uersus paulum. et citato paulo cepit
eum accusare tertullus dicens. Cu
in multa pace agamus per te. et
multa corrigantur per tuam prouiden
ciam. semp et ubiq; suscepimus op
time felix. cum omni gratiarum acti
one. Ne diutius aut te protraham.
oro te breuiter ut audias nos pro
tua clementia. Inuenimus autem
hunc hominem pestiferum. et conci
tantem sedicones omnibus iudeis
in uniuerso orbe. et actorem sedicio
nis secte nazarenorum. qui etiam
templum uiolare conatus est. quem
etiam apprehensum uoluimus secun
dum legem nram iudicare. Su
perueniens aut tribunus lysias
cum exercitu et magna ui eripu
it eum de manibus nostris iubens
accusatores eius ad te uenire quo
poteris ipe iudicaturus de omni
bus istis cognoscere de quibus nos
accusamus eum. Adiecerunt autem
et iudei dicentes hec ita se habere.
Respondit aut paulus annuente sibi
preside dicere. Ex multis annis
esse te iudicem genti huic sciens
bono animo pro me satisfaciam
Potes enim cognoscere quia non plus
sunt michi quam xii dies ex quo
ascendi adorare in iherusalem. et neq;
in templo inuenerunt me cum aliquo
disputantem. aut concursum facien
tem turbe. neq; in synagogis. neq;
in ciuitate neq; probare tibi possunt
de quibus nunc accusant me. Con
fiteor aut hoc tibi quod secundum
sectam quam dicunt heresim sic de
seruio deo patri meo credens om
nibus que in lege et prophetis scripta
sunt spem habens in deum quam
et hi ipsi expectant resurrectionem
futurorum iustorum et iniquorum
In hoc et ipe studeo sine offendiculo
conscientiam habere ad deum et ad homi
nes semp. Post annos aut plures
elemosinas facturus in gentem
meam uenit et oblaciones et uota in
quibus inuenerunt me purifica
tum in templo non cum turba neq;
cum tumultu. et apprehenderunt me
clamantes et dicentes. Tolle tol
le inimicum nrm. Quidam autem
ex asia iudei quos oportebat apud
te presto esse et accusare si quid ha
berent aduersum me aut hi ipsi
dicant si quid inuenerunt in me
iniquitatis cum stem in concilio.
nisi de una hac solummodo uoce qua
clamaui inter eos stans quam de re
surrectione mortuorum ego iudi
cor hodie a uobis. Distulit autem
illos felix certissime sciens de uia
domini dicens. Cum tribunus
lysias descenderit audiam uos. et
iussit centurioni custodire eum. et
habere requiem. nec quemquam de suis